

Band X., Nr. 4423, Seite 170-171

Graf Burkhard von Hohenberg beurkundet, dass Ritter Berthold von Haiterbach, sein Sohn Volmar und dessen Frau Adelheid Güter in Grünmettstetten an Magister Konrad den Arzt in Horb verkauft haben.

Weiler, 1293. September 8.

Nos Burkhardus comes de Hohenberg notum facimus omnibus presentes litteras inspecturis seu etiam auditoris presentibus vel futuris, quod Bertholdus miles de Heitherbach noster ministerialis, Volmarus filius eius ac Adelheidis uxor eiusdem Volmari vendiderunt bona que colit dictus Vettere et dicta Cinsmāsterin sita in Grünenmetsteten magistro Cunrado sirurgico in Horwe iusto titulo venditionis iure proprietatis perpetuo possidenda sine iure advocatie cuiuslibet cum manu et voluntate nostra omnino eo iure, quo ad ipsos pertinebant, et renuntiaverunt omni iuri actioni repetitioni omnique iuris beneficio tam canonici quam civilis, si quod ipsis in predicta bona competeret vel competere videbatur. Testes huius facti sunt isti: Volmarus de Horenberg, Dietricus de Heitherbach nobiles, Hainricus advocatus, Bertholdus schultetus, Cūnradus dictus Gemach, Volmarus dictus Rūcheler¹, Albertus de Thalaham², Albertus dictus Schūrer, Waltherus Heibelwecke, Bertholdus raser de Dornhain, Reinhardus balneator, Albertus dictus der Mōnich cives in Horwe et quam plures alii fide digni.

 Acta sunt hec Horwe super foro, sexta feria proxima ante nativitatem beate Marie virginis, anno domini MCCLXXX tertio.

 Preterea notum esse cupimus universis presentium inspectoribus seu auditoribus, quod cum Adelheidis uxor predicti Volmari filii Bertholdi de Heitherbach non esset presens in Horwe eo tempore quo predictus Bertholdus et Volmarus filius eius resignaverunt prenotata bona, vocata fuit Wiler et ibidem resignavit bona sepius prenotata et renuntiavit omni iuri quod sibi in predicta bona competebat et inter cetera dixit specialiter ad predictum magistrum Conradum: magister Conrade ego resigno vobis hec bona et quicquid iuris michi in ipsa bona competit et peto deum, ut in ipsis det vobis omnem fortunam et salutem.

 Acta sunt hec in Wiler³, in die beate Marie virginis nativitatis, anno prenotato apud inclusam Wiler. Testes huius facti sunt isti: magister Hugo scriba Ludewici comitis palatini de Tuwingen et rector ecclesie in Salesteten, Cūnradus dictus Gemach, Wernherus de Althain, Marquardus frater Bertholdi schulteti, Wolmarus dictus Rucheler, Dencklin⁴ filius Alberti Danckolfi, Albertus

¹Gerbert a. a. O.: Rutheler, was richtiger sein dürfte.

²Ober- bzw. Untertalheim, Horb am Neckar, FDS.

³Pfalzgrafenweiler, Pfalzgrafenweiler, FDS.

⁴Gerbert: Benckeli.

II

filius Walpoti, Conradus filius Conradi Schorponis, Waltherus de Thalahain, Hainricus dictus Burcinch⁵, Peucelinus⁶ filius Bertholdi Danckolfi, Bertholdus razor de Dornhain, Waltherus de Thalvingen, dictus Stainhart institor et quam plures alii fide digni. Ad firmum robur et indubitatum testimonium omnium prescriptorum nos Burchardus comes de Hohenberg nostrum sigillum duximus presentibus litteris appendendum.

 Datum anno domini MCCLXXX tertio, in die nativitatis beate Marie virginis.

—

Nach dem Kopialbuch des Kl. Reichenbach von 1426.

⁵Gerbert: Buninch.

⁶Gerbert: Pencelinus.

Überlieferung und Publikationen

Überlieferung und Textkritik:

War im 1944 durch Fliegerangriff verbrannten Diplomatar HStA Stuttgart H 14 Nr. 203, Bl. 59.

Editionen:

MARTIN GERBERT: *Historia Nigrae Silvae ordinis Sancti Benedicti coloniae*, 3 Bde., Sankt Blasien 1783-1788. [Neuaufgabe unter dem Titel: *Geschichte des Schwarzwaldes*, aus dem lat. Originaltext übersetzt von Adalbert Weh, 2 Bde., Freiburg i.Br. 1993-96], 3, 230. Schmid: *Monumenta Hohenbergica*, S. 111, Nr. 139 (nach Gerbert).

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Weiler

Ortsindex:

Altheim Wohnplatz (7453)
 Altheim, Horb am Neckar, FDS
 Grünmettstetten Wohnplatz (7472)
 Grünmettstetten, Horb am Neckar, FDS
 Haiterbach Wohnplatz (6822)
 Haiterbach, CW
 Hohenberg Wüstung (26307)
 Hohenberg, Schömberg, BL, W
 Horb am Neckar Wohnplatz (7484)
 Horb am Neckar, FDS
 Hornberg Wohnplatz (6757)
 Hornberg, Altensteig, CW
 Pfalzgrafenweiler Wohnplatz (7597)
 Pfalzgrafenweiler, FDS
 Salzstetten Wohnplatz (7631)
 Salzstetten, Waldachtal, FDS
 Tailfingen Wohnplatz (109)
 Tailfingen, Gäufelden, BB
 Talheim : Horb am Neckar FDS
 Talheim Wohnplatz (7516)
 Tübingen Wohnplatz (16214)
 Tübingen, TÜ
 Untertalheim, Horb am Neckar, FDS